

www.e-rara.ch

**Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus
primus[-nonus]**

Hieronimus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-150989>

[De Eodem Ex Tredecimo Libro Super Matthaeum]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A DE ANIMARVM TRANSMVTATIONE IN LIBRO SEPTIMO

EVANGELII SECVNDVM MATTHAEVM.



Vidam quidem opinantur ex eo quod dictum est, ipse est Helias qui uenturus est, animā Heliae eadē fuisse quā Iohānis. Quod em̄ dixit: ipse est Helias, nō ad aliud, sed ad animam referendum putauerunt: & ex hoc pene solo sermone dogma introduxerunt *μετεσώσωμαι*, id est, transmutationis animarum: quasi etiam ipso hoc Iesu confirmante. Sed oportuerat intueri, quia si hoc uerum esset: in multis utiq; prophetarum uel euāgeliorum scriptis, simile aliquid inueniri deberet. Tum deinde etiam ille sermo qui huic adiungitur, ostendit secretiorem quendam & arcanum sensum in his quae dicta sunt requirendum: magis q̄ quod illi secundum litterae solius intelligentiam susceperunt, cum dicit: Qui habet aures audiendi audiat. Addendum autem & illud est, quia si pro peccatis secundum quod ipsi sentiunt, transmutatio fiat animarum: propter quae peccata, Heliae anima trāsmutata est in Iohannem: qui ab ipso angelo nasciturus pronūciatur a quo & Iesus saluator noster. Quomodo ergo non euidentissimum mendacium est hoc, ut ille qui tam perfectus fuit, ut nec cōmunē quidem istam mortem gustaret, ueniret ad transmutationem animae: quae secundum illorum asserptionem, non potest accidere nisi ex peccatis. Deniq; quomodo hoc exponent quod dictum est ad Iohannem, tu Helias es, & dicit non sum. Sed ut ostendatur conuenire hoc etiam illi uerbo quod dixit dominus, si uultis suscipere, ipse est Helias qui uenturus est: hoc quod dixit, Helias ipse est, referendum est ad spiritum & uirtutem Heliae. Iohannes enim praecessit in spiritu & uirtute Heliae conuertere corda patrum ad filios.

DE EO IPSO EX DECIMOSEXTO LIBRO SVPER MATTHAEVM.



B Vidam qui alieni sunt a catholica fide, transferri animas ex humanis corporibus in corpora animalium putant, secundum differentiam peccatorum: nos uero qui hoc nusq; inuenimus cautum in diuina scriptura, dicimus, quia per multam uitae negligentiam humana prudentia cum fuerit inculta atq; neglecta: efficitur uelut irrationabile pecus per imperitiam uel negligentiam, non per naturam. Similiter autē & hi qui tales fuerint effecti ex proposito sui negligentia qua erudiri neglexerint, si eruditioni se atq; exercitio rationabili tradant, rationabiles efficiuntur atq; prudentes: sicut scriptum est de illis euāgelicis canibus, qui manducabant de micis, quae cadunt de mensa dominorū suorum, ex quibus conuersa Chananæa facta est filia dei, secundum quod dicit ad eam saluator: O filia magna est fides tua. Sicut em̄ uirtus animi confert unicuiq; ut sit filius dei: ita malicia mentis & uerborum infamia atq; impudentia, facit unumquemq; secundū auctoritatem scripturae appellari canem. Similiter autē intelligendum est etiā de ceterorū animalium mutorū appellationibus.

DE EODEM EX TREDECIMO LIBRO SVPER MATTHAEVM.



N his Helias non anima Heliae mihi uidetur uti ne incurramus in dogma alienū ab ecclesia dei, de transmutatione animarum: quod nec ab apostolis traditum est, neq; usq; in scripturis cautum est. Contrarium nāq; est his quae dicta sunt ab apostolo: quoniam quae uidetur temporalia sunt. Et ubi sunt quae om̄es scripturae cōfirmant, quod praesens saeculum finiendum est. Sed nec illud poterit stare, quod dictum est: Caelum & terra transibunt: neq; illud quod dictum est per Apostolum: Trāsbibit em̄ habitus huius mūdi. & illud, Caeli peribunt, & ea quae sequuntur. Si em̄, ut aiunt authores huius dogmatis, nemo potest in id initium restitui quod primo fuit ab initio mundi usq; ad finē: qua ex causa immutari uel transferri animam secundo uel tertio opus est uel frequenter. Hoc em̄ modo reddi delicta uniuscuiusq; personae perhibent & poenas lui: si in diuersa corpora frequentius trāsmutent. Quod utiq; superfluo fiet, si finis ei nullus emendationis occurrat: nec erit unq; quādo nō anima transferatur. Et si semper pro delictis, animabus ad corpora diuersa redeūdum est, quis unq; mundo dabitur finis: ut impleatur quod dictum est: caelum & terra transibunt. Quod & si concedatur, uerbi gratia, ut sit aliquis sine peccato, quem iam nō sit necesse reuolui in corpus: per quot

C per quot tempora putabimus inueniri unam fortasse uix animā, quæ penitus pura sit, nec per mutatione corporis indigeat. Quod & ipsum si concedatur: rursus suo dogmati contrarium efficitur. Si enim demus paucas qualq; animas per singulas ad perfectionem posse restitui, ut ultra in corpora uenire nō indigeant: necesse est, licet per infinita sæcula & uniuersa tempora, singulis quibusq; animabus ad perfectionem restitutis, cessare iam usum corporum, & per hoc finem mundum recipere ac resolui. Non tamen ita uidetur sanctæ scripturæ, quæ dicit multitudinem peccantium relinquendam esse in fine sæculi. Quod ex eo manifestissime indicatur: quod in euangelio scriptum est: Verūtamē putas ueniens filius hominis inueniet fidem super terrā. Sicut em̄ in dieb⁹ Noe, ita erit aduētus filij hominis. PAMPHI. Et postea q̄ de scripturis multa differuit: ipse iā suam sententiā hoc modo declarat. ORIGENES. Erit autē his qui tunc erūt uindicta, non transmutatio animarum. Non enim iam ad peccandum locus erit: sed alia genera erunt pœnæ. Transmutatio nāq; corporum, pœnam nō faciet peccatorum, ita ut nulla extrinsecus putētur inferri supplicia, quin potius est peccatoribus pœnarum modus, id est, ut pro his quæ in hoc corpore gesserunt, pœnā recipiant delictorum. Manifestum tamē est quod istæ singulæ rationes, his qui possunt eius consequentiam diligenter aduertere: contrariæ sunt huic dogmati, quo perhibentur animæ transmutari. Quod si gentilium authores sequi uolunt qui opinionem istam ex principiorum suorum cōsequentia persecuti sunt dicentes: cum hæc fiant, sine dubio nuncq; mundum istum posse finiri: consequens est eos qui hæc uolunt, scripturæ nostræ non credere, quæ manifestissime pronunciat finem mundi futurum, & nō exquirere in ipsis scripturis expositiones siue assertiones ineptas & inconsequentes: ex quibus nullo genere ostendi potest, quod secundum scripturas nostras nuncq; finis sæculi futurus sit.

DE EADEM RE EX LIBRO DE PROVERBIIS

SOLOMONIS. ORIGENES.

D Idetur autem mihi & illa assertio, quæ transformari animas de corporibus in alia corpora asseuerat, peruenisse etiam in aliquos eorum, qui Christo credere uidentur ex quibusdam scripturæ sanctæ occasionibus: non intelligentes quomodo intelligi debeant quæ scripta sunt. Non enim animaduertūt quomodo homo efficiatur aut pullus, aut equus, aut mulus: & putauerunt transmutari humanam animam in pecudum corpora, ut æstimarent quod aliquādo serpentis suscipit corpus uel uiperæ, aliquādo equi uel ceterorum animalium. Iam ergo consequens est, & hoc illos dicere debere, quod diabolus qui leo in scripturis dicitur, corpore leonis utatur: aut draconis carnibus, cum draco nominatur. Ita erit ut secundum illos transmutatio ista animarum perueniat & in dæmonum naturam: ut sit aliquando uel leo uel draco anima habens diabolu, PAMPHILVS. Et paulo post. ORIGENES. Sed superflue sunt istæ omnes adinventiones. Manifestum est enim quod una pœna tam dæmonū naturæ, q̄ humano generi peccatorū, a dño præfinita sit: illam quā dominus sua sententia designauit, dicens: Ite in ignem æternū qui præparatus est diabolo & angelis eius: ostendēs quia eadem species pœnarum, peccatoribus hominibus & diabolo atq; angelis eius preparata sit: licet in eadem pœna diuersa sit quantitas pœnæ. Alius enim grauius ac uehementius cruciatur pro magnitudine peccatorum: alius autem remissius, cuius leuiores & faciliore peccata sunt.

Apologiæ Pamphili pro Origene finis.

RVFFINVS DE ADVLTERATIONE LIBRORVM ORIGENIS AD MACARIVM.

I N his quæ in superiori libro secundum apologeticum sancti martyris Pamphili, quē pro Origene græco sermone edidit, prout potuimus uel res poposcit, latino sermone digessimus: illud est quod te desyderiorum uir Macari admonitum esse uolo: ut scias hanc fidei quidem regulam, quā de libris eius supra exposuimus esse, quæ & amplectenda sit & retinenda. In omnibus em̄ his catholicū inesse sensum euidenter probatur: inueniri tamen in eis libris quædam ab his non solum diuersa, sed nōnunq; etiam cōtraria: & ea quæ ueritatis regula non admittit: quæ nos quoq; nec recipimus, nec probamus. Sed hoc unde acciderit, opinionem quæ ad nos usq; peruenit, ne a te quidē uel ab his qui quod uerū est scire